



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

LIX. Artapani,

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## PROPOSITIO IV.

55

væstaniæ imitatem habuit Proclum Lycium, sed à Johanne Philopono egregie confutatum. Atque utinam tam æqua de his sensisset, quam recte scripsit Mosem verisimilis de Judæis narrasse, quemadmodum deprehendisse se significat ex conflitu Commentariorum Sanchoniathonis. Itaque ex ἐπαλογισμῷ temporum, juxta Porphyrii rationes ductis, colligi Eusebius Mosem annis plusquam octingentis Troja ἡλιον πρæcessisse, celebrimos vero Græcæ Philosophos, Pythagoram, Democritum, & reliquos sequentis ævi, annis mille & quingentis. Quinetiam de Effeciis Judæis loquens Porphyrius, eos esse ait Εἰλαῖος ἵερας, καὶ διάφοροι ἀγνῖς, Εἰ πεφτεῖν θυσίαν προφητεῖαν εὐπαιδεύειν πρόβητος. In sacris Libris, & variis expiationibus, & Prophetarum oraculis à ἀποκ. ἑωφ. tenera astate exercitatos: Legem & Prophetas his vocibus significans. Mosem quoque designare volens, τὸν γοροθέτου appellat κατέξεχεν.

L V. Narrat Trebellius Pollio, jactare solitos Mathematicorum doctissimos, non amplius quam centum & viginti annos homini ad vivendum esse concessos, etiam illud addentes, Mosem solum, Dei (ut Judeorum libri loquuntur) familiarem, centum viginti quinque annos vixisse: qui quum quereretur quod juvenis interiret, responsum ei ab incerto ferunt numinem neminem plus esse vieturum. Simile quid habet Josephus, nempe viæ terminum annorum centum & viginti spatio Deum circumscriptisse post Mosem, qui tantundem vixit. Incertum illud numen hoc ipsum est quod designat Lucanus cum ait: *Incerti Judea Dei*. Hic ipse est ἄγνωστος Θεός, in Actis Apostolicis, & in Philosophide Dialogo, qui Luciano perperam adscribitur, memoratus. Hic ipse denique, cui Samarita in Epistola ad Antiochum, quæ extat apud Josephum, Templum αὐτοῦ in monte Garizim extructum esse scribunt. Caussa porro hujus querela Mosis de immatura sua morte & fato præcoce, his videtur inesse verbis Deuteronomii: *Deut. 34. 7. Moses centum & viginti annorum erat, quando mortuus est: non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt.*

L VI. Porphyrii auditor fuit Iamblichus Chalcide Syriae natus. Is librum suum *Iamblichī*, De mysteriis Ægyptiorum decerpisse se ait ex Columnis Mercurii, quas Mosis doctrina fuisse inscriptas ostendimus.

L VII. At minime mirum, cognitum fuisse & memoratum Mosem Juliano Imperatori τῷ Ὑπελάτῃ, qui in Ecclesia Christi adolevit. Mosis enim & Prophetarum, εἰλάτης, aliorumque Veteris ac Novi Testamenti scriptorum oraculis fundata nitorit Christianorum fides.

L VIII. Quod de Mose scriperat Ptolemaeus Chenhus, Alpha scilicet fuisse dictum, quia corpus scabie & vitiligne compunctum ac turpatum gererer, idem literis *santinotis*, prodicit Helladius Befantinus, cuius vanitas testem laudat Philonem. Id extabar in illius Chrestomathii, è quibus excerpta quedam Photius repræsentavit.

Atque hos quidem scriptores retulimus, juxta temporum suorum seriem, reliquos qui sequuntur, quoniam ignota sunt & incerta ætatis, nullo certo ordine, sed pro ut quæcumque tulerit fors, digeremus.

L IX. Primum occurrit Artapanus, Alexandro Polyhistore vetustior, qui Commentarium de Judeis reliquit, unde nonnulla apud Eusebium depromit Alexander, in quibus Abrahami & Josephi casus plerique diferte narrantur. Insigne vero & nobis perutile fragmentum illud afferit, in quo Palmenothen Ægypti regem ait Artapanus male erga Judæos affectum, filiam suam Merrhin Chenephri, sive Nenechephri, ut legitur apud Clementem Alexandrinum, aut Chenebron, ut in Fastis Siculis, superioris *Artapani*, *Euseb. Præp. Evang. libr. 9. cap. 18, 23, 27.* Ægypti regi respondisse: quæ cum steriles esset, Moysum Judeum adoptasse, qui Mutæus à Græcis dictus est, & Orphei preceptor fuit; hunc deinde, postquam virilem attigit ætatem, optimis institutis Cheperephris imperium fundasse, & egregius inventis exornasse; quorum ea fuit apud Ægyptios admirabilitas, ut divinos ipsi honores sub Mercuri nomine tribuerent; solum Chenephren virtuti Mosis invidentem, bellatum adversus Æthiopes, sic tanquam in certissimum misisse interitum; verum rem cecidisse preter spem, gloriam enim eum hoc bello reperiisse; boum usum ad terræ cultionem ostendisse Nacheroti; & submissum demum Chanethothen sicarium ad interficiendum Mosem dum Merrhin defunctam humaret, ab ipso Mose fuisse interficiunt; cum deinde cum Aarone fugisse in Arabiam ad Raguelum hujus regionis toparcham, & ejus filiam duxisse. His subnecit, visum Mosi in diferto ignem, & vocem auditam, quæ eum jubaret ab Ægyptiaca captivitate eximere Judæos, & in antiquam patriam reducere; id executi parantem, ab Ægypti rege fuisse in vincula coniectum, sed noctu demum patentibus sponte custodia foribus ad regem introisse, aperiens vi divina regia valvis, & nemine prohibente: viso Mose attonitum regem periisse ab eo Dei nomen, cuius ope talia perpetrare auderet; quo ad ejus aurem insuffrato corruisse mutum, & mortuo similem, sed vita statim à Mose restitutum, signum ab

## PROPOSITIO IV.

56

eo legationis postulasse; tum prodigia Mosem edidisse prope eadem quæ in Exodo narrantur; his regem valde perterritum, copiam Ebreis abundificisse; caue imperata, & spoliatis Ægyptiis aufugisse Ebraeos, & observato à Mose Maris Rubri recessu, uti quidem memorant Memphite, incolumes trajecisse; juxta Heliopolitanorum vero sermonem, diviso mari à Mose, vi mirificæ illius virgæ; quo cum incauti se se intulissent Ægyptii, aquis fuisse obrutus: at in deserto per annos triginta errasse Ebraeos, cum manna cælesti alerentur: procerum fuisse Mosem, rufum, canum, capillatum, maiestate oris venerandum. Hæc Artapanus isto loco, & quibus nonnulla apud Clemensem, & in Chronico Alexandrino reperiuntur.

*Clem. Alex.  
Strom. I.*

*Thalli.*

*Histiai,*

*Iol. An. I. c. 5.*

*Lysimachi,*

*Joseph. I. I. &*

*z. contr. Apion.*

*Poëmatissima-*

*Phœcy-*

*nomen præscribit;*

*Mosaicis*

*quidem præceptis*

*manifeste perspermum,*

*quorum partem*

*lidi adscripti,*

*adnotavit Josephus*

*Scaliger*

*in Animadver-*

*bionibus Euzebi-*

*anis,*

*partem nos quoque ob-*

*servavimus;*

*sed quod Hellenista*

*Judaï videtur esse*

*fetus, aut Christiani*

*potius satis*

*recentis, ut pote*

*cujus veterum*

*Patrum nullus omni-*

*meminerit. Locum hic ergo*

*fium, nominis solum ratione tueri potest,*

*quod vetus alter Poëta gesit,*

*Simonidis,*

*Theognidis, & Anacreontis æqualis.*

*Onkelosi, Jo-*

*nathapis,*

*Hierosolymi-*

*tani Interpre-*

*tis, Hagi-*

*ographorum*

*paraphrasis,*

*Syri Inter-*

*prentis, Aqui-*

*la, Theodo-*

*tioris, Sym-*

*machi, Hie-*

*richantina,*

*& Nicopoli-*

*tana interpre-*

*tations.*

*Conf. Or. ad*

*cet. Sanc. c. 57.*

*Hec, apud Jof.*

*Ant. I. 12, c. 2*

*& Euf. Pr. I. 8, 3.*

LX. Mosis, circa Ogygis & Inachi tempora Judeorum ducus ac principis, mentionem extitisse in Syriaca Thalli historia testis est Justinus in Parænæsi.

LXI. De campo Sennar in Babyloniam situ disserit Histiaeus Milesius Phoenicæ

LXII. Mose & promulgatas à Mose leges calumniis & maledictis proscidit

Lysimachus quidam incertæ ætatis & originis, quem conjectant nonnulli Alexandrinum esse Lysimachum, Thebaicorum auctorem. Fabulatur ille Judeos, dum in Ægypto agerent, Bocchori regnante, lepris ac scabie languentes, morbi hunc in vulgus ita diffidisse, ut sterilitas consequeretur. Quibus malis ut occurreretur, ex Ammonis responso Bocchoris iustissime in mare argos demergi, reliquos in desertis locis expositos, Mose duce in Judæam aufugisse. Atque id commentum variis mendacibus exornat. Sed ea demum à Jofepho explofa sunt.

LXIII. Ægræ recensimus in hac serie *νερόνων* Poëma, quod Phocylidis sibi

terram Phœcy nomen præscribit; Mosaicis quidem præceptis manifeste perspermum, quorum partem lidi adscripti, adnotavit Josephus Scaliger in *Animadverbionibus Eusebianis*, partem nos quoque observavimus; sed quod Hellenista Judaï videtur esse fetus, aut Christiani potius satis recentis, ut pote cuius veterum Patrum nullus omnino meminerit. Locum hic ergo suum, nominis solum ratione tueri potest, quod vetus alter Poëta gesit, Simonidis, Theognidis, & Anacreontis æqualis.

LXIV. Huc addam Chaldaicas Paraphrases Onkelosi, Jonathanis ben Uziel, Hierosolymitani Interpretis, & Josephi Cæci, cui Hagiographorum vulgo adscribitur Paraphrasis; Syriacam quoque Veteris Testamenti interpretationem; et si ambigua horum ætas est & controversa: Aquilam præterea Sinopeum, Theodotionem Ephesium, profelytum utrumque Judæum, & Symmachum Samaritanum; quorum primus imperium tenente Hadriano; alter sub Marco Aurelio, vel Commodo, vel prius etiam; & tertius demum sub Commodo, & iterum sub Severo, Libros facros Græco sermone repræsentarunt. Reperta quoque sunt Scripturae sanctæ interpretationes due; altera Hiericunthe sub Caracalla; Nicopolis altera sub Alexandro Mammitæ filio.

Ex hoc Auctorum censu manifestum est, à proximis usque Mosaicæ aë temporibus ad adultum jam in orbe Christianismum, pervulgatum fuisse Mosis nomen, & scriptæ ab eo historiæ ac conditæ Legis vestigia palam extitisse; vereque dixisse Constantium Imperatorem, Mose reliquos omnes, qui ante ipsum vixerant, sapientia adeo superaffe, ut qui deinceps inter Ethnicos clariores fuerint Sapientes & Philosophi, sapientiam ejus sibi imitandam proposuerint: e contrario autem longe à vero aber-

rasfe Hecatæum Abderitanum, cum scriptis nullum vel Oratorem, vel Poëtam, vel Hi-

storicum Ebraicæ Legis meminisse.

## CAPUT TERTIUM.

I. Universa propemodum Ethnicorum Theologia ex Mose, Mosisve actis aut scriptis manavit: II. velut illa Phœnicum. Tautus idem ac Mose.

III. Adonis idem ac Mose. IV. Thammus Ezechielis idem ac Mose.

V. πολυάρχος fuit Mose. VI. Murnas Gazensis Dens, idem ac Mose.

Universa propemodum Ethnicorum Theologia, ex Mose, Mosisve actis, aut scriptis manavit:

*E*tsi ea, quam contextuimus, testimoniorum series, sive quæ nobis Scriptores sacri, sive quæ exoticæ suppeditant, ulquequaque cohæreat, neque ullæ prorsus parte dehiscat, eaque, juxta instituti operis leges, ad demonstrandam Mosis, Mosaicorumque scriptorum antiquitatem & γνῶστα posse sufficere; alio tamen insuper utemur genere probationum, ac priscos illos gentium Deos & Heroas, quicunque per universum fere orbem culti sunt, earumdem etiam conditores plerisque ac legumlatores, totamque Ethnicorum Theologiam, ex Mose ipso, Mosisve actis, aut